

238

Lib. II. Cap. V.

ἢ τῶν μηδεῖς, ἴδεν ἄλλο προσημαίνῃ, ἢ ὅτι καθόλου  
& ὁ νόματ' ἢ καθόλου, ἢ δὲ πᾶσι.

6. Sed nota 2. quod, cum dicitur, signum alteri tantum aliquid adsignificare, hæc intelligenda sint de puris signis, cuiusmodi sunt e. g. *Omnis*, *Nullus*, *Quidam* &c. Nam præter hæc alia sunt, quæ rationem signorum aliquo modo habere videntur, pura tamen signa non sunt, sed possunt vocari mixta, quia partim significant rem ipsam, partim ei adsignificant aliquid, talia sunt e. g. *Nemo*, *Nihil*, *Nullus* si substantivè sumuntur. Nam *Nemo* significat hominem, tanquam rem ipsam, adsignificat autem ei universalitatem, & idem est ac *Nullus* homo: sic *Nihil* idem est ac *Nulla* res &c. Licet autem hæc non pura sint signa, ut priora, propositionem tamen etiam universalem reddunt.

7. Cæterum signa, de quibus in præced. actum fuit, sunt vel universalis, quæ scil. id, cui adduntur, distribuunt in omnia sua inferiora, aut ea, de quibz dici potest, seorsim sumpta, ut sunt *Nullus* *OMNIS* &c. e. g. *O. elementum est corpus naturale. N. substantia est accidens.* Et hæc signa universalem reddunt enunciationem, ut patet: Vel particularia, quæ illi, cui apponuntur, adsignificant saltim hoc, quod pro aliquo vel aliquibus sumatur, cuiusmodi sunt *Quidam*, *Aliquis* &c. e. g. *Quidam homo salvatur, Quidam angeli lapsi sunt.*

8. Nota Studio dicitur, signa universalis  
di stri-